



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

33. De generosis iracundiæ motibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Tum autem Syrum impulsorem: Vah! quibus illum
lacerarem modis.

Sublimem, medium, arripere, & capite primum
in terra statuerem,

Ut cerebro dispergat viam:

Adolescenti ipsi oculos eriperem: post haec praecipitem
darem:

Ceteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, &
prostrerem.

Fulgura sunt haec (vt diximus) è pelui.

Quin apud Plautum, quanto dolore, & iracundia haec senex?

Plantus in
aulularia. Berij, inserij, occidi: quò curam? & quò non curam?

Tene, tene, quem? quis? nescio, nihil video, caecus, atque

Equidem quo eam, aut ubi sim, aut qui sim, neque
cum animo

Certum inuestigare, obsecro vos ergo mihi auxilio,
Oro, obsecro, sitis: & hominem demonstratis, qui
eam absulerit.

Qui vestitum, & creta occultant sese, atq; sedent,
quasi sint frangi.

Quid au tui tibi credere certum est, nam esse bonum
se vultu cognosco.

Quid est quòd ridetis? noui omnes. Soio fures esse hic
complures.

Haec tam iracunda ad risum ab ingeniosis
poëta sunt comparata. Homo enim dolore, &
iracundia caecus seipsum interrogat, & final
responder, modò pugnancia secum loquitur,
modò alios laudat pariter, & vituperat, quas
ob causas meritò derideret.

Quae sunt igitur huius affectus vitia? facilè
est istud quidem prudentiaè dijudicare. Pri-
mum vitiosum sunt nimis vehementes, atque in-
sani. Tantum enim abest, vt iracundiam, vel
terrorem injiciant clamosi isti negatores, qui
potius se ipsos praebent deridendos, quòd ra-
tione, praestantissima hominis parte, videantur
destituti.

Secundò, deridentur qui licet insani nihil
admodum habeant, supra rem rament, & per-
sonam sunt clari: quales sunt, qui in causis, &
negotijs minoris momenti adhibentur ad tra-
gœdiaè grauitatem nimis compositi. Quòd
vitium pueris familiare est, qui in affectibus,
& iudicijs nullum persèpè tenent modum.
Atqui vt res alioqui viles amplissimis extollunt
laudibus, sic etiam in minora quaeque crimi-
na, aequè solent, ac in maxima, ex candescere.

Tertiò generosè plerumque motus verbis an-
tiquis, atque inflatis deteri, infringique so-
lent; Nam eaim in risum cederet haec iracundia
Medea apud Pacuuium?

Quidnam autem hoc soniti est, quòd stridunt foris? Pacuuius
Vbi ille est: me miseram! quoniam clamor elimi-
nat.

Si qua me hac oratione incilet, quid respondeam?
Vtinam nunc matrescam ingenio, vt meum pa-
trem ulcisci queam.

Ego ne tyranni noui temeritudinem,
Me caluitur suspicio.

Quartò, cauendum est scrijs iracundiaè mo-
tibus, misceantur ioci, & ridicula. Neque e-
nim liceat irasci oratori, vt Ballioni.

Forum coquinum qui vocant, stultè vocant: Plautus
Nam non coquinum est, verum furinum est fo-
ru.

Nam si ego iuratus peiorem hominum quarerem,
Coquinum non potui, quam hunc, quem duco du-
cere.

Multiloquum, gloriosum, insulsum, inuisilem:
Quin ob eam rem Orcum recipere hunc ad se no-
luit,

Vt esset hic, qui mortuus cenam coquat:
Nam hic solus illis coquere quòd placeat, potest.

De generosis iracundia moti- bus,

CAPVT XXXIII.

Extant plerique generosi iracundiaè motus,
qui, quasi liberi, paterni corporis similitu-
dinem, sic animae ipsius Oratorum, à quibus flu-
unt, effigiem quandam praefertunt, vt non im-
meritò, illustrium patrum sobolem possis
appellare. Qua in re praeter ceteris admirabilis
Diuus Gregorius Nazianzenus, Demo-
sthenes, & Cicero extiterunt. Quo-
enim spiritu haec aduersus
Iulianum.

¶

MOTVS IRASCIBILIS.

Gregorius Nazianz aduersus Iulianum Orat. III.

Εχθέςατε, & ἀσεβέςατε, & ἀπαμειωτότα-
 τε τὰ μεγάλα, σὺ κατὰ τοσούτους κλήρας, καὶ
 τὴν οὐκ ἐπιμελητικὴν καρποφορίαν, & τὴν πάντων δια-
 λαβόσσης τὰ τέρατα, διὰ τὴν εὐτελείαν τοῦ λόγου,
 & τὴν μαρτίαν, ὡς ἀνὰ αὐτοὶ φαίητε, τὸ κηρύγματος,
 ὁ θεός ἐπέκεισε, καὶ δαίμονας ἐπέκεισε, καὶ χρό-
 νον ὑπερκόνησε, τὸ αὐτὸ παλαιόν τε ὄμει τευγ-
 χάνου, & νέου, (ὡς ὑμεῖς τῶν θεῶν πᾶσι τερατίου-
 δεῖ,) τὸ ἅ τῃς δόξαις, τὸ ἅ τῃς κολλοῖς, & τὸ
 μὴ τῇ σκιαγραφίᾳ, τὸ ἅ τῇ τελειώσει τῆς μουσικῆς
 χαρμῆς ἰδίῳις ταμειωθέντι, σὺ κατὰ τὴν μεγά-
 λην τὴν Χριστοῦ κληρονομίαν, ὁ πῆς, & τὸ σὺ σὺ, & τὸ
 δερ, μεγάλης, & οὐ τὰ σὺ μὲνης, εὐδὴ ἀνὰ πλεονῆ
 σὺ μανῶσι ληνες, ἀλλ' ἐπὶ πλεονῆ ἀείβαδισμένης
 τε & ἀρβηθμῆνης; (πιστεύω γὰρ τὰς περιρήσε-
 σι, & τοῖς ὀρωμένοις,) ἦν ὁ θεός ἐποίησε, & ὡς ἀν-
 δραπὸν ἐκληρονόμησε, ἦν νόμῳ ἐτύπωσε, καὶ
 χάρις ἐπλήρωσε, καὶ Χριστὸς ἐπέχειρισεν. ἦ μὴ
 προσφῆται σωτέπηξαι, & ἀποστολοὶ σωτέδησαν,
 & ἐταγγελιστῶν χατηρησαντο; κατὰ τὴν Χριστοῦ δυ-
 σίας, τοῖς εἰς μιάσμασι, σὺ κατὰ τὸ τὸ κόσμου
 κρηθηρῶν ἀμαρτιῶν, τοῖς εἰς ἀμαρτίαν σὺ τὸ
 λημον κατὰ τὴν εἰρήνης; σὺ χεῖρα κατὰ τὸ ὑπὲρ
 ἡλωθείας τῆς & διὰ σέ; σὺ κατὰ τὴν ὀλῆς τὴν σὺ
 γῆστικ; κατὰ τὸ σαυρῆ Ἰόπαου; κατὰ τὸ δα-
 νάτῃ κατὰ τὸ κλοσιμ, κατὰ τῆς ἀνασάου ἐπ' ἀνά-
 στασι; κατὰ τὸς μάρτυρας, ὡς μάρτυρας; κατὰ
 Ἡρώδην διώκην, & κατὰ Ἰβδαν παροδότης
 (πλὴν ὅθεν ὀκ ἀγγλὴν τὴν μὴ ἀνοίαν ἐδέχθης
 ὡς περ ἐκείνη;) & Χριστοῦ τὸν μὴ Πιλάτου,
 & κατὰ Ἰβδαῖος μισοθεῖ; ὅς κ' ἠδέδης τὰ ὑπὲρ
 Χριστοῦ σφάγια; οὐδ' ἐφοβήθης τοὺς μεγάλους ἀγω-
 νιστάς, τὸν Ἰωάννην ἐκείνου, τὸν Πέτρον, τὸν Παῦλον,
 τὸν Ἰάκωβον, Στέφανον, τὸν Ανδρέαν, τὸν Θέλαν,
 τοὺς ἐπ' ἐκείνοις τῆς, & πρὸ ἐκείνων, τὸν ἀλλοθείας
 παροκινῶν ἐπέσειπας; οἱ παυρὶ & σέ κ' ἤρη, & θηροῖ,
 καὶ τυράννοις προθύμῳ ἀνηγαγίσαι, & πα-

Homo stultissime, & impiissime, & in mag-
 nis rebus imperitissime, tunc aduersus tan-
 tam sortem, ac per totum orbem fusam obla-
 tionem, quæ per sermonis uilitatem, prædica-
 tionisque, ut ipsi fortasse dixeritis, stultitiam,
 omnes terræ fines complexa est, quæ sapientes
 uicit, & demones oppressit, & tempus supera-
 uit, eadem uetus simul & noua, (ut vos Deorum
 quendam portentose confingitis,) illa paucis,
 hæc promiscua multitudini; illa adumbratio-
 ne, hæc perfectione mysterij ad sua tempora
 reseruati? Tunc quis autem, & quantus? & un-
 de profectus? Aduersus magnam Christi hære-
 ditatem, magnam, inquam, illam, nec etiam si
 quidam maiori quam tu, furore atque insaniam
 præcipites feraatur, finem habituram, uerum
 longius progressuram, altiusque assurrecturam:
 (mihî enim & Prophetarum oracula, & ea quæ
 cernimus, fidem faciunt; quam, ut Deus, crea-
 uit; & ut homo, hæreditate consecutus est: quæ
 lex adumbrauit, & gratia expleuit: quam Pro-
 phetæ coagmentarunt, & Apostoli, quasi uin-
 culis constrinxerunt, & Euangelistæ numeris
 omnibus absoluerunt? Tunc aduersus Christi
 sacrificiû, cum tuis piaculis: tunc aduersus eum
 cruorem, quo mundus purgatus est, cum tuis
 cruoribus? tunc bellum aduersus pacem? tunc
 manum aduersus eam, quæ & pro te, & propter
 te, clauis transfixa est: tunc aduersus fel gultum
 tuum: aduersus crucem trophæum: aduersus
 mortem oppressionem: aduersus resurrectionem,
 infurrectionem, & rebellionem: aduersus
 martyrem, ne martyres quidem: post Herodem
 persecutor, & post Iudam proditor, (nisi quod
 non laqueo, ut ille, penitentis animi signifi-
 cationem dedisti;) post Pilatum, Christicida; post
 Iudæos, Dei hostis: non uictimas pro Christo
 cæsas ueritus es? nec magnos pugiles extimui-
 sti, Ioannem illum, Petrum, Paulum, Iacobum,
 Stephanum, Lucam, Andream, Theclam, eos,
 qui & post illos, & ante illos, pro ueritate peri-
 culis se obiecerunt: qui cum igni & ferro, &
 bellis & tyrannis, & præsentibus malis & de-
 nunciatis, alacri animo, uelut in alienis corpo-
 ribus, imò quasi corporum expertes, dimicauerunt?

Ecc 3 sur:



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

εἴ τι κακοῖς καὶ ἀπειλομένοις, ὡς περὶ τὸ ἄλλο-
 ζῆσις σώμασιν ἢ ἀσώματοι; τὴν δὲ ἐτικὴν: ἵνα
 μὴ παρὰ τὸ μὴ μετρίως ἰσχυρῶς τὴν εὐσθένειαν
 ὡς αἰ μετρίως ἰσχυρῶς, ἢ τὴν ἀντιθέσιν, ὡς αἰ
 μοιτὸς ἐλαίμωνται, καὶ νόθῳ θεραπέυονται, ὡς αἰ
 ἐπιφάνεια, καὶ ὡς αἰ τὸ ἀπὸ τῆς εἰς, ὡς καὶ τὰ σώ-
 ματα μόνον ἴσα δύνανται ταῖς ἀγίαις ψυχαῖς, ἢ
 ἐπαφύλακτα, ἢ ἐμώλιστα. ὡς καὶ ἰσχυρῶς αἰμα-
 τῶν μόνου, καὶ μικρὰ σύμβολα τῶν ἄλλων, ἵνα δὲ ὁ
 σιταῖς σώμασι.

curne pietatem, vel verbo tenus proderant.
 Quibus præclari honores & festa confite-
 rentur: a quibus demones propelluntur, & mor-
 bi curantur: quorum apparitiones & prædi-
 ctiones; quorum vel sola corpora idem pos-
 sunt quod animæ sanctæ, siue tangantur, siue
 honorentur; quorum vel sola sanguinis gut-
 ta, atque suppliciorum signa idem possunt
 quod corpora. [Hæc etiam truci habet ali-
 quid festivitatis admixtum.]

ΟΥ, φασιν οἱ τὰ ἐκείνη σθένεις, καὶ τὴν νεο-
 ἡμῖν θεῶν ἀναπλάσθους, τὴν ἰδὴν, καὶ φιλιάν-
 δραστον. ἀλλ' ὅτι οὐ δὴ μοιτῶν, διωκόμενοι χρι-
 στιανοί, πρὸς θεὸν, καὶ πᾶσι πασχεύωσαν, ὅσα
 δοκεῖ τοῖς διώκουσιν, ἀφιέντες αὐτὸν τὸ διώκειν
 αὐτίκας. τὴν δὲ ἴδραν, οὐδέ τις πάποισι εἰπὼν ἡμερον,
 ἔλεόντα κεφαλὰς ἀντὶ μιᾶς πρὸς ἀλλοτρίου. εἴτε
 τῶ μύθῳ περὶ τὸν οὐχὶ τὴν Παταρικὴν χίμαιραν,
 ἢ τῶν ζῴων, καὶ ἀνομοίως, ὅτι ἵνα φοβερωτέρη. ἢ
 τὸ εἶδος κέρβερον, ὅτι τοσαύτας τε καὶ ὁμοίας, ἢ
 τὸ θαλάττιον χακὸν τὴν Σκύλλαν, ἢ ἔξ ἐν κύ-
 κλω, καὶ φεικτοτάτας: καὶ τοῖς τὰ ἀνω φασίμ
 αὐτῆς χρῆσθαι καὶ φιλιάνθρωπα, καὶ εἰς δὲ φιν ὁδὸν
 ἀγῆν. (κόρη γὰρ ἦν, πρὸς ἡμᾶς τὴν συγγενῆς ἐ-
 χύσασα.) αἱ δὲ ἀπὸ τοῦ αἰματώδους κεφαλῶν, καὶ
 δηριώδους, οὐδένος ἦσαν ἀγαθῶν, εὐλας ὅλης ἀρ-
 πάζουσαι, καὶ μὴ εἰς κίνδυνον διαφέρουσαι, τοῖς
 ἀνέθετες χαρῶδες. ἢ καὶ τὸ τοσοῦτον, καὶ τὴν
 σφινδονίτ τὰ βέλη, καὶ τοὺς λίθοις χελετωπῶν,
 ἀλλ' οὐ τοὺς σφενδονῶντας, καὶ τοὺς τοξείωντας: ἔτε
 ἢ τὸ κνηγῆτ' ἰδὸς κύκας, καὶ τὸ φαρμακῶν τὰ δη-
 λήρια, καὶ τὸ κερατύνων βοῶν, καὶ σπαρατῶντων
 δηριῶν τὰ κέρατα, καὶ τοὺς διουχαστοὺς χρωμάτωσι
 πούτοις, ἐκτὸς σῆθ' ἰα, καὶ οὐ μετέπειτα τῆς ὡμ
 πολμῶν, κίττας, πομπῆς ταῦτα τῆς ἀλογίας,
 καὶ ὄντως φρεσῶν, δέουσα, τοῖς ταῦτα σιμυγο-
 ροῦν τὸ χεκοῖς καὶ τῆ τῆ λόγι διωάμει τὸ ἀ-
 λήθες σου χελεύθῳ τῶν. ἀλλ' ὅτι ἐπὶ ὄψεσιν εὐο-
 τοῖ ἀποκρύφει, οὐδὲ ἂν πολλὰ γραφῆ, καὶ πᾶσι
 τοῖς γένησι τῶν ἀπινούσας, οὐδὲ εἰ τὴν Αἰδῶν

ΝON ita est, inquit, qui res illius ve-
 nerantur, novumque Deum illum nobis
 effingit, suavem, inquam, illum, & benignum;
 verum quia nequaquam aperte promulgavit,
 ut Christiani vexarentur, atque ea omnia
 paterentur, quæ persecutoribus collibitum
 esset, idcirco eum à persecutionis crimine
 vindicant. Atqui Hydram nemo unquam
 lenem, & mansuetam dixit, quod novem ca-
 pita pro vno proferret, si quid fidei poetis ha-
 bendum est: nec Pataicam Chimæram, quod
 tria, ac diversa, ut terrorem maiorem afferret:
 aut illum apud inferos Cerberum, quod toti-
 dem, & similia: aut Scyllam, æquoream pe-
 ftem, quod sex in orbem, maximeque horren-
 da, & tamen superiores ipsius partes suaves,
 & humanas fuisse narrant, nec aspectu in-
 cundas (virgo enim erat, cognationis cuius-
 dam necessitudine nobiscum devincta:) at re-
 liqua capita canina erant, & belluina, atque
 omnino perniciofa, classes totas corripientia,
 nec, quantum ad periculum, ab opposita Cha-
 rgybdæ quicquam differentia. An tu etiam sag-
 gittariorum, & funditorum sagittas, ac lapi-
 des, non autem funditores ipsos, & sagittarios
 accusabis? an venatorum canes, veneficorum
 toxica, & cornupetarum bouum, & dilanian-
 tium ferarum cornua, & vngues: qui autem
 his utuntur, extra culpam ponantur, nec crimi-
 nis eorum rerum quas perpetrarint, participes e-
 runt? Magnæ profecto hæc stulticia fuerint,
 ac sophista proculdubio opus habuerint, qui
 vitiorum suorum patrocinium suscipiat, viri-
 busque eloquentiæ veritatem obregat. Sed
 nulla unquam ratione seipsum occultabit, ne
 sua omnem quidem partem se verget, ac per-
 vasti-

Hydra.
 Chimæra.
 Cerberus.
 Scylla.
 Chargybdæ.

καὶ ἐπεὶ δὲ λέγει, καὶ ἐπὶ τῷ δακτυλίῳ ὄγυς, καὶ τῆς σφοδρῆς σφενδόνης χρυσάδιος, ἐκ τῶν ἀπολλέων τῶν ἀντιπῶν αὐτοῦ, ὅσα φεγγάν βῆναι, καὶ διὰ τὴν ἰσχυρίαν, τοσούτω πλεονάζει, ἐπὶ τὰ ἀπὸ τῆς διχαζέου, καὶ τοῖς συντάξις τῶν κριτῶν, ὡς ταῦτα πράξων τὸ καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ οὐδὲ ἀναίτητος ὡς δικαίως παρατιομέν ἰσχυρίαν, οὕτως ἐκ τῶν ὄντων ἢ ποικίλια, καὶ πάλιν ἄλλοθεν ἐπιπέσεια.

vasitatem suam in omnes formas immutat, atque Orci galeam, ut dici solet, induat, aut Gygis annulo, & palæ conuersione sese suffulget. Imò contrà, quò magis elabi, atque effugere tentat, hoc magis comprehenditur, & conuincitur apud veritatis tribunal, ac prudentissimos quosque earum rerum iudices, utpote hæc faciens, atque committens, quæ ne ipse quidem, ut iusta defendere queat. Addeò expugnata facilis res est improbitas, atque vnde cunq; secum ipsa pugnat.

Quantam ad odium commune excitent, & pudorem afferant. Hæc quæ turpitudinem habent admixtam, ut libidinum, porationum, obsequiorum infamium, non modò commune odium excitant, sed ei ipsi, in quem dicuntur, pudorem afferunt non mediocrem, qualia sunt, quæ in nobilitate Philippica, Antonio de vomitu, & amoribus: Æschini in oratione pro corona, de comica opera, de obscuritate familiae, & vilissimis ministris in sacris Cereris obijciuntur.

propter te clauis transfixa est. Quæ omnia vim habent maximam, & altissimam eloquentiam.

Tandem ista, verbane videntur, an potius fulmina, quæ epiphonematis vice subijciuntur. *Post Herodem persecutor, post Iudam proditor: & quod amarulentam habet ironiam, nisi quod non laqueo, ut ille, poenitentia animi significationem dedisti: post Pilatum Christicida, post Iudeos Dei hostes.*

Nunc singula expendamus. Vnde tantus, & tam grauis confurgit motus, paucis ad imitationem notandum est.

Postremò, quæ consummata malitiæ est, arguit in Iuliano effrenatam audaciam, omnis timoris, tam diuini, quam humani, expertem, à quo luculentæ plerumque ducuntur amplificationes. *Non victimas pro Christo casus veritus es, nec magnos pugiles extimuisisti, Ioannem illum, Petrum, Paulum: quæ magnificè, & pro rei dignitate dicuntur. Addit falsam, & aculeatam ironiam: Hæc non colis, sed contemnis qui Hercules, & Pelopas, & humeros eburneos, & cætera id genus commemorat, quo magis aduersarium irriteret, qui poetices, ac fabularum cognitionem Christianis hominibus absconditam esse cupiebat. Is est igitur Gregorij character in motibus iracundiæ, & ex vngue leonem licet agnoscere.*

Prima emissio fit per amarulentam exclamationem; *homo stultissime, & impiissime.* Subijcit vltimo loco, quod grauius ambitiosum Iuliani pungebat ingenium: *in magnis rebus imperitissime.* Mox, qua maiestate orationis, Ecclesiæ pingit maiestatem? *Aduersus tantam sortem, quæ sapientes vicit, Demones oppressit, tempus superauit.* Hæc & cætera magnifica. Iam ex aduerso personam Iuliani, quo carbone delineat: *Tunc? quæ autem, & quantum? unde profectus?*

Hæc ad contemptum grauiora sunt, quam si longum verborum circuitum texeret: nam & innatam animi generositatem indicant, quæ ne dignetur quidem omnes minutias excutere, ut genus, ut educationem, & pueritiam, *unde profectus?* Suspicionem tamen animis auditorum relinquit, verbis ipsi longè grauiorem.

Demosthenes multum habet calidi, & Demosthenes incens: atque in his profecti motibus longè nu iracundius, quam in miseracionibus domina dia acris, tur, quanquam non est fusa eius, ut solet, iracundia, sed concisè vibrata locutionibus, fulmini eâ quas tela ignea meritò quis possit appellare. Videretur autem nonnunquam, præ veclanti comhementia oratoris inclusus colluctari spiritus, paratiss.

Tertiò, ex antithesi, & oppositione contrariorum, pugnam Christi, & Iuliani subijciens oculis, ingentem motum excitat. *Tunc tantum aduersus eam, & quæ, & pro se, &*

& non



& non secus, atque halitus in ardenti nube circumrotari, strepere, minari, nondum tamen exillire, ut terror ipse quolibet exitu grauior sit, & formidolosior. Nunquid enim in istis videtur ignes parturire, necdum tamen edere? *ἰσ' οἷς ἀπὸ πύργου*, cum de Aethinis audacia, & facinoribus loquutus, ut plura suis auditoribus cogitanda relinquat, & eorum tantam esse turpitudinem ostendar, ut sine nausea, & animi cruciatu dici non possint.

In his ego, inquit, strangulor. Nondum fulmen cecidit, & eo terribilius est. *Ἐ, ὄν, ὁ ἀν' αἰροῖς*: postquam multa eructavit in aduersarium? Nunquid hic est barbarus? num exorandus? num? Hic intercidit, quasi praeter atrocitate nomen vix inueniens, deinde transilit. Num ipse est, quia quisq; dixit mali? Curtura quidem illud, sed grauis, & generosi stomachi.

Ciceronis
motus in
iracundia.

Quid Cicero *τὴν ἄλλο*, summus in omnibus: huius stricte, & fastidiosa iracundia, ubi modo vult, multum habet: ut, tua coniugis, bonae foeminae, locupletis quidem certe, Bambalio quidam pater, homo nullo numero, nihil illo contemptus, qui propter haesitantiam linguae, stuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit. At auus huius nobilis, Tuditanus nempe ille, qui cum palla, & cothurnis nummos populo de rostris spargere solebat. Vellem hanc contempcionem pecuniae suis reliquisset, haberetis nobilitatem generis gloriosam. (Grauis dubio procul, & amarulenta oratio, quae plus celat, quam promittit. Nam quo artificio, M. Antonij auariciam perstringit? Vellem hanc contempcionem: Est istud, Quod mihi igitur certamen esset huiusmodi: cum C. Mario scilicet, aut cum aliquo pari, an cum altero barbaro Epicuro, cum altero Catilinae laternario, quos neque hercule ego, neque supercilium tuum, neque collega tui cymbala, ac crotala fugi: & ego istius pecudis, ac putridae carnis, consilio scilicet, aut praesidio niti volebam: ab hoc eiectione cadauere, quidquam mihi opis, aut ornamenti expectabam? [Quae plena sunt acerbi contemptus. Iam ubi habenas laxat iracundiae, quantus, & quam admirabilis est!])

Cicer. in
Pisonem.

O Dij immortales, tunc etiam, atque adeo vos geminae voragines scopulique Reipublicae, meam fortunam deprimitis, vestram extollitis. [Et] O familia! [hic tantisper moratur] dein, non dicam Calpurniae, sed Cluentiae: neque huius urbis, sed Placentini municipij: ne-

que patet generis, sed brachatae nationis dedecus.

Et contra Antonium: Tu mentis es compos: tu non constringendus?

Iam ista sunt incensa fulmina.

O audaciam immanem! Tu ingredi illam domum ausus es? tu illud sanctissimum limen intrare? tu illarum aedium Dijs penatibus os imporruntissimum ostendere? quam domum aliquamdiu aspicere poterat, nemo sine lacrymis praeterire, hac te in demo tam diu dicerari non pudet? in qua, quamuis nihil sapias, tamen nihil tibi potest esse iucundum. An tu illa vestibula, rostra, spolia, cum adspexisti, domum tuam te intrare putas? fieri non potest: quamuis enim sine mente, sine sensu sis, ut es; tamen & te, & tua, & tuos nosti. Nec vero te vnaquam, neque vigilantem, neque in somnis, credo mente posse consistere: necesse est, quamuis sis, ut es, violentus, & furens, cum tibi obiecta sit species singularis viri, perterritum de somno excitari, furere etiam saepe vigilantem.

Et pro demo. O Dij immortales. (Vos enim haec audire cupio) P. Clodius vestra sacra curat. [Deinde.] Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo fanaticus? &c.

Tum: Quid homini teretissimo, crudelissimo, fallacissimo, omnium scelerum, libidinumque maculis notatissimo, &c.

Quid de me, quod tulisse te dicis, patricida, fraticida, sororicida, nonne extra ordinem tulisti, &c. [Hoc demum stomachum eructare est.] Et: O canum! o portentum! o scelus! hanc tibi legem Clodius scripsit, spurcioram lingua sua.

Grauis hic stomachus, & quisquam alius: Vbi vero stimulandi sunt ad iracundiam iudices, quis illo potentior?

Si haec non ad ciues Romanos, non ad aliquos amicos nostrae ciuitatis, non ad eos, qui populi Romani nomen audiuerunt: denique, si non ad homines, verum ad bestias, aut etiam, ut longius progrediar, si in aliqua disertissima solitudine, ad iaxa, & scopulos haec conqueri, & deplorare vellem: tamen omnia muta, atque inanima, tanta, & tam indigna resum atrocitate commouerentur. Nunc vero, cum loquar apud Senatores P. R. legum, iudiciorumque, & iuris authores, timere non debeo, ac non vnus iste ciuis Romanus illa cruce dignus, ceteri omnes simili periculo indignissimi iudicentur. Pauld ante, iudices, lacrymas in morte misera, atque indignissima auar-

Verr. 7.
iracundia
& conque-
stionem
ma.

cho.

chorum non tenebamus. Quid nunc in nostro sanguine tandem facere debemus? iam ciuicum Rom. sanguis coniunctus existimandus est. Et quæ habet in Verrem, initio actionis 2.

Agunt eum præcipitem pœnæ ciuicum Roman. quos partim securi percussit, partim vinculis necauit, partim implorantes iura libertatis, & ciuitatis in crucem sustulit. Rapiunt eum ad supplicium Dij patrij: quod iste inuentus est, qui è complexu parentum abreptos filios ad necem duceret, & parentis pretium pro sepultura liberum posceret. & cætera, quæ longè, lateque exaggerata, ad incendendam iudicum iracundiam plurimum valent. Etiam illud 4. ad Herenn. ad incitandum validum est.

ad He-
renn.

Quod si istum, Iudices, vestris sententijs liberaueritis, statim sicut à cauea leo missus, aut aliqua terribilissima bellua soluta ex catenis, volitabit, & vagabitur in foro, acuens dentes multos (an potius inultos?) in cuiusque fortunam, in omnes amicos, atque inimicos, notos, & ignotos incurans, aliorum famam depeculans, aliorum domum, atque familiam perfringens, tempubl. funditus labefactans. [Quauquam istud, nondum consummata, vt apparet, eloquentia. Mitto cætera prope innumerabilia, quæ passim occurrunt.

Innata est fermè omnibus oratoribus hæc ingenij celsitudo, sed in diuinis hominibus eò clarius elucet, quo sanctitatis armis freti, in vitia liberius inuehuntur. In quo admirabilis est, sicut in cæteris, D. Chrysostr. maiestas: quo enim spiritu dixit aduersus Eudoxiam:

Vid. Baro.

lit. 5. p. 243.

Rursum Herodias furit, rursum bacchatur, rursum ab Herode caput Ioannis iniuriâ petit abscindi: Rursum Iezabel Nabute vineam eripere satagit, & sanctum Eliam ad montes compellere. Horribilis planè oratio, quæ licet in historiam de eadè Ioannis Baptistæ diceretur, omnes tamen in Eudoxiam quæ tunc acerbissimè Ioannem Chrysostr. persequatur, dictum existimarunt. Hoc initium, quod inuenitur in oratione ab Antonio Agellio ex veteri codice decerpta, immutatam est homil. decima quinta in Matthæum, vbi his verbis exoditur: Heu me, quid agam? unde sermonis exordium faciam? quid dicam? vel quid taceam?

Cætera planè conueniunt: habent autem

amarulentam in ambitionem, & crudelitatem mulierum inuectiuam.

Quid inter agrellas feras leone sæuius? sed nihil ad mulierem. Quid draconæ atræcius? sed & hoc muliebri superauit ingenium.

[Deinde.]

Danielem leones in lacu reueriti sunt, iustum verò illum Nabuten Iazabel interfecit. *Tom. 2. h. 2.*
Cetus Ionam in ventre custo diuit; Dalila autem Sampson circumuentum illecebris, raso etiam capite deformatum, hostibus tradidit. Dracones, & aspidæ, & fera cornuta, Ioannem Baptistam in solitudine degentem, immanitatis oblitæ tremuerunt, Herodias verò eadem caput amputauit, & tanti viri mortem in pretium saltationis accepit.

Motus crescit ex comparatis, quæ superius notauimus: iam quo impetu ardentis sagittæ vibrantur in Herodem?

Adulterium Herodes committit, & in carcere pergit Ioannes; sic iudicat sedens in loco Iudicis reus, in loco vindicis, innocentie persecutor. Rogo vbi rerum facies? vbi forma? vbi pudor? vbi existimatio publici cognitoris? vbi Deus? vbi homo? vbi fas? vbi lex? vbi ipsius iura nararæ? Simul omnia iunt, Herodes, te agente, te iudicante, te viuente confusa.

Et ista, quàm grandi, & neruosa dicuntur eloquentia?

Mensa migrat in ferarum caueam: in arenam funerum Regia conuertitur: sunt de cœuinis lanienæ spectatores: mutatur furor conuiuium, fit cibus cædes, vinum transit in sanguinem. Versus est dies natalis in funebrem, ortus in occasum, cœna in homicidium. Nervorum cantus nœnias concinunt, & tragedia personat, quam omnium sæculorum intuebitur memoria.

[Quid deinde?] Ingre ditur bellua, non pælla; cruorem sicit, non choræas: discurrit per aulam imagine durtaxat muliebri fera importuna, per collum iubas spargit, non capillos, varijs torquet membra flexibus, crescit interim immanis sæuitia, fit grandis crudelitate, non corpore, fremit ore, dentibus frendet, ferrum non suscipit, sed producit.

Sed omnium planè ingenia, mordaci quadam acrimonia, stylique volubilitate superauit S. Hieronymus. Nam, vt cæteros omittam, Heluidium, Iouinianum, Vigilantium, qua oratione Rufinum veterem amicum exagitat?

Illud verò ridiculum, quod post triginta annos ad parentes se esse reuersurum iactat: homo, qui nec patrem habet, nec matrem, & quos viuentes iuuenis dereliquit, mortuos senex desiderat, nisi forte parentes militari, vulgari que sermone cognatos, & affines nominat. [Mox:] Periclitatur Roma illa, probatissima fides eius: & hic supitius, & lassulus, post triginta annos per mollissimum Flaminia iter esse venite non potest: sicque prætendit longi itineris lassitudinem, quasi triginta annis semper cucurrerit, aut biennio Aquileia sedens, præteriti itineris labore confectus sit.

[Et alio in loco.]

Hæc taces, quæ omnes flagitant, & ad illa respondes, quæ nullus inquirat: Fumos quoque meos frequenter irrides, eo quod similem scire me, quod nesciam, & enumeratione doctorum rude illudam vulgus. Tu videlicet flammæus, in d' fulmineus; qui in loquendo fulminas, & flammæ ore conceptas tenere non potes. Atque ut ille Barthochabas auctor seditionis Iudaicæ, stipulam in ore succensam anhelitu ventilabat, ut flammæ euomere putaretur: ita & tu nobis alter Salmonæus, omnia per quæ incedis, illustras, & nos fumosos arguis, de quibus forte dicatur, qui tangis montes, & fumigant; nec intelligis, quid fumus in Propheeta significet, locustarum, & quod pulchritudo oculorum tuorum amaritudinem fumi nostri ferre non potest.

Sed hæc eius, mel & rosa, si cum istis conferratur.

*Hieron. in
Sabin.*

At tu bonæ spei columen, excetra stimulis inflammatus, factus es mihi in arcum prauum, & contra me conuictorum sagittas iacis; inimicus tibi factus sum, vera dicens: Non doleo de maledictis: quis enim nesciat nihil nisi flagitiosum tuo ore lau dari? Hoc plango, quod te ipsum non plangis, quod te non sentis mortuum; quod, quasi gladiator, paratus Libitinæ in proprium funus ornatis, &c.

Clandam riuos, si iracundiæ adhuc mulieris generositatem annotaueris.

Bunduica, Britannica fœmina, regio planè spiritu, & genere, cum aduersus Romanos exercitum ad centum & viginti hominum millia comparasset, in tribunal ex terra palustris excitatum conscendit, procerò corpore Heroïna, forma honestissima, vultu seuerò, voce aspera, capillo fuluo, & admodum promisso, versicolori tunica induta, & insigni lorica munita, tam hastam manibus ferens sic locuta est,

Πέπειθε μὲν τοῖς ἔργοις αὐτοῖς, ὅσον ἔλεν. *Di. l. 1. 1. 1.*
 Σεῖα τῆς δουλείας διαφέρει. [Deinde animos *in ius. p.*
 ad bellum concitans, appositè, & graui- *702.*
 ter Romanorum iniurias exaggerat:] τί μὴ
 γὰρ οὐ τῶν ἀσχιωμ, τι δὲ οὐ τῶν ἀλγιστῶν, δι-
 οῦπερ εἰς τὴν Βρετανίαν οὗτοι παρέκυθα, πι-
 πόνθα μὲν, &c. Mox: καὶ πόσῳ κρείττον ἦν ἀπα-
 λοὶ πεπράδαται μάλλον, ἢ μετὰ κενῶν ἑλευ-
 θερίας διοικῶν κατ' ἐπὶ τοῦ λυζῶνται; πόσῳ
 δι' ἐπιφύχου, καὶ ἀπολλομένη μάλλον ἡ κεφαλὴς
 ὑποτελεῖ εἰς περιφέρει; καὶ τοὶ τί ἔστο ἔπον; οὐδὲ
 γὰρ τὸ τελευτῆσαι παρ' αὐτοῖς ἀξίμιόν ἐστιν. Ἀλλ'
 ἴσθι ὅτι καὶ ὑπερ' ἑ νεκρῶν τελέμεν. παρὰ μὲν γὰρ
 τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, καὶ τοῖς δουλοῦντάς λαοῖς
 ὁ δάνατος ἐλευθερεῖ. Ρωμαῖοις δὲ ἡ μόνη, καὶ
 νεκροὶ ζῶσι πρὸς τὰ λήμματα. Postquam
 igitur incommoda grauius enumerauit, ad-
 dit At quantò melius fuit, semel vendi, quam
 falsis nominibus libertatis singulis annis
 redimi? Quanto verò honestius generosa
 morte defungi, quam misera, & tributaria ca-
 pita circumferre. Verum quid dixi? etiam ap-
 pud Romanos, sine pensione tribui, moti
 non licet. Nostri enim omnes, quot, & quantà
 mortuorum nomine pensitemus. Quum que-
 eos, qui apud alias gentes seruitutem serui-
 unt, Moys asserat in libertatem, *soli populo Ro-*
mano mortui viuunt in quaestum. Hæc mal-
 cula. Sed quæ sequuntur omnes habent nu-
 meros grauitatis: eum Romanos infectans ait.
 καὶ ἀραὶ καὶ τοῦτο κακῶ δουλεύοντες,
 Citharæας, & quidem malo (quod minime Ne-
 ro audire auebat) seruiunt. Postremò:
 Μὴ γὰρ τοὶ μή μὲν μὴ ὄμνησεν βασιλεύσεν
 ἢ Νερωῖς, ἢ Δομιτία, ἀλλὰ κείνη μὲν Ρωμαίων
 ἀδελφὰ διασκελετοῦ καὶ γὰρ ἀξιοίτοι αὐτῆ γυναι-
 κὶ δουλεύειν ἢς τοῦτον ἢ καὶ χρόνον ἀνέχοντα
 τὴν ἀνοδοῦς; tum conuersa ad Adrasten,
 καὶ καὶ ὅσῳ δ' ἄταστον αὐτὴ μόνη παρὰ ταῖς.
 Absit enim, ut in posterum, & mihi, & vobis
 imperet *Neroïna, aut Domitia.* (Ita Nerone
 effaminatum generoso plane fastu appellat)
 sed illa plæstria dominetur populo Romano.
 Dignus est enim, qui huic mulieri seruiat,
 cuius tyrannidem, tam longo temporis spatio
 sustinet.